INdolis egregiæ bonitatem illam hactenus à Te
eſſe, ſcio, cultam ſedulitate pari.
Quo referasq; olim Venerabilem, ut ore, Parentem
moribus & ſtudiis, Te ſtuduiſſe, ſcio.
Et ſic vel me unum, VEIEL doctiſſime, teſtem,
neſcium adulari, plurium ad inſtar, habes.
At Tua, de Speculis, nunc Diſſertatio clarè
exhibet Ingenii Lumen ubiq; Tui.
Te coràm, velut in Speculo, quando ergò videbit
(nomine ego hoc Illi gratulor) ipſe Pater;
ex vero poterit, lætusq; lubensq; fateri:
Non procul à ſe quod diſtet Imago Sui.

Clariſſimo DN. CANDIDATO,
Amico ſuo æſtimatiſſimo,
gratulabundus poſ.

Georgius Andreas Reutter.

Ev